



xi

107

denuntiat. si ad huc eam infirmari in suis actibus. conspicit remissi-
orem et clementiorem se minime ostendat. Unde scriptum est. Filie tibi
fuerit seruus corpus illarum. et non ostendas hilarem faciem tuam ad illas. Infirmam
quippe anime. atque ad appetitum mundi dedit. aliquando melius
ex seueritate seruant. ut obfirmata facies. id est. seueritas
custodiatur. ab omni spe frivole remissionis abducta. inconstante
anima terreat. atque a delectatione uitiorum. distractionis uigore
constringat. Quod cum a doctore agitur. semper necesse est. ut dulcedo
et humilitas in corde teneatur. quatenus ei multum amet. et nunquam
contra eius elationem superbiat. Cui tam amore suum et humilitatem.
pauitate eius proderet recusat. Sequitur. Et circumdabis eam. Circumdat
doctor auditoris animam. cum in omne quod in hac uita agitur. temptationum
laqueos apponi posse denuntiat. ut dum ubique fuerit mens pauida.
ubique circumspecta. quanto timidior. tanto uigilantior uiuat.
Sequitur. Signum est domus iherusalem. Si ad historiam obsidionis. que iuxta litteram
facta est. signum est domus iherusalem. Quod propheta fecit. Si ad mysterium quod
cotidie agitur. erga unius cuiusque animam a doctore. signum est domus iherusalem.
et quod egit. et quod agendum nunciavit. quia sic domus iherusalem obsidionem
corporalem protulit. ita unaqueque anima. que uult omnipotenti deo seruire
incipit. obsidentes insidias malignorum spirituum sentit. A quibus
si uere eripi appetat. scire debet. quia eripi sua uirtute non possit.
Sed eius necesse est. ut adiutorium speret. qui nos et in carne corrup-
tibili uiuentes. predeceptionis sue mysterium. potest eum ^{circa} spiritus qui est
sine carne roborare. Iesus christus dominus. qui uiuit et regnat cum patre
in unitate spiritus sancti. Amen. **EXIT OMELIA XI. INCIPIT XII.**

a sap.

Dulcedo.
humilitas.

Quia multus curis prementibus. hezechiel prophete librum coram